

Prof. Dr. Ulrich Eigler
Vorlesung Herbstsemester 2009
Römische Geschichtsschreibung

17.09.09 fällt aus	Fällt wegen eines Tagungsbesuchs aus Wird in den Semesterferien im Rahmen eines Kolloquiums nachgeholt.	
24.09.09 fällt aus	Fällt wegen eines Tagungsbesuchs aus Die Sitzung wird nachgeholt, indem die kommenden 6 Sitzungen um 10 Uhr s.t. (10:00) begonnen werden.	
1. 01.10.09 Beginn 10 s.t.	Livius als Anfang: - Livius und die republikanische Annalistik - Livius und der Anfang der Römischen Geschichte	Liv. 6, 1-3 Liv. 6, 42, 1-6 Liv. 7, 9, 3-6 Liv. 7, 3 Liv. 4, 20 Liv. 4, 16, 3-4
2. 08.10.09 Beginn 10 s.t.	Römische Geschichtsschreibung: - Eine Übersicht - Fragestellung	Dion. Hal. 1, 6-7 Cic. leg. 1, 1-2 Cic. de orat. 2, 51-55
3. 15.10.09 Beginn 10 s.t.	Die „Graeci Annales“: - die frühen Formen der Dokumentation von Vergangenheit in Rom - die <i>tabulae</i> des Pontifex Maximus und die <i>Annales Maximi</i>	Inscriptiones Latinae liberae rei publicae 309-316 Polyb. 6, 53-54 Cic. Att. 6, 1, 17-18 Fabius Pictor fr. 7-8 P.
4. 22.10.09 Beginn 10 s.t.	Cato und Polybios: - Umbrüche in der Tradition schriftlicher <i>memoria</i> in Rom	Gell. 11, 8, 4 Nep. Cato 3 Gell. 2, 28, 4 Gell. 3, 7 Gell. 6, 3 Polyb. 1, 1-5 Polyb. 2, 56, 10-16 Polyb. 12, 25b; g; e
5. 29.10.09 Beginn 10 s.t.	Sempronius Asellio und Coelius Antipater: - Die Alternativen zur Annalistik	Gell. 5, 18 Polyb. 3, 31, 12 Serv. Aen. 1, 373 Isid. orig. 1, 41; 44 Coelius Antipater fr. 11 * P. Coelius Antipater fr. 39 P.
6. 04.11.09 Beginn 10 s.t.	Römische Vergangenheit in Dichtung und Geschichtsschreibung	Enn. ann. 1 fr. 47 Skutsch
7. 12.11.09	Die jüngere Annalistik	Gell. 9,3 Liv. 7, 9-11
8. 19.11.09	Sisenna und die Autobiographie	Cic. fam. 5, 12, 6 Cic. leg. 1, 7 C. Sisenna fr. 104, 127, 129 *, 137, 1 *, 2 *, 3 * P. Lutatius Catulus fr. 1 P. Sulla fr. 21 * P.
9. 26.11.09	Cicero: - Der verhinderte Geschichtsschreiber - Der glücklose Verfasser historischer Epen	Cic. fam. 5, 12 Cicero de consulato suo FPL
10. 03.12.09	Caesar und das Corpus Caesarianum	Caes. Gall. 7, 77 Hirt. Gall. praefatio
11. 10.12.09	Sallust: - Der Autor des <i>bellum Catilinae</i>	Sall. Cat. 1-5
12. 17.12.09	Livius - und Polybios - und Sallust - Livius als Ende der Annalistik	Liv. 22, 1-4 Liv. 22, 2 Polyb. 3, 78, 5 - 79, 12 Liv. 1, praefatio

Bibliographie Römische Geschichtsschreibung

Wichtige Fragmentsammlungen für die Römische Geschichtsschreibung

- Beck, H., und Walter, U. (Hgg.), *Die frühen römischen Historiker*, 2 Bde. Darmstadt 2001-2004.
Büchner, C. (Hg.), *Fragmenta poetarum latinorum epicorum et lyricorum*, Leipzig: Teubner 1982.
Chassignet, M., *L'annalistique Romaine*. Bd. 1: Les annales des Pontifes et l'annalistique ancienne (fragments), Paris 1996.
Degrassi, A. (Hg.), *Inscriptiones Latinae liberae rei publicae*, 2 Bde. Göttingen 1957-63.
Degrassi, A. (Hg.), *Inscriptiones Latinae liberae rei publicae: imagines*, Berlin: de Gruyter 1965.
Peter, H. (Hg.), *Historicorum Romanorum Reliquiae*. 2 Bde. Stuttgart 1967³.

Die frühen Formen der Geschichtsschreibung

- Kierdorf, W., *Interpretationen und Untersuchungen zur Entwicklung der römischen Leichenrede*, Meisenheim 1980.
Momigliano, A., *Perizonius, Niebuhr und der Charakter der frühen römischen Tradition*, in: Pöschl, V. (Hg.), Darmstadt 1969, 312-339.
Rüpke, J., *Römische Geschichtsschreibung: zur Geschichte des geschichtlichen Bewusstseins und seiner Verschriftlichungsformen in der Antike*. Potsdam 1997.
Sommella, P., *Das Heroon des Aeneas und die Topographie des antiken Lavinium*, in: *Gymnasium* 81 (1974) 283-297.
Timpe, D., *Fabius Pictor und die Anfänge der römischen Historiographie*, in: ANRW I, 2, 928-986.
Timpe, D., *Mündlichkeit und Schriftlichkeit als Basis der frühromischen Überlieferung*, in: Ungern-Sternberg, J. v., Reinau, H. (Hgg.), *Vergangenheit in mündlicher Überlieferung*, Stuttgart 1988, 266-286.
Ungern-Sternberg, J. v., *Überlegungen zur frühen römischen Überlieferung im Lichte der Oral-Tradition-Forschung*, in: Ungern-Sternberg, J. v., Reinau, H. (Hgg.), *Vergangenheit in mündlicher Überlieferung*, Stuttgart 1988, 237-265.

Annales maximi

- Frier, B. W., *Libri Annales Pontificum Maximorum: The Origins of the Annalistic Tradition*, Rom 1979.

Cassius Hemina

- Forsythe, G., *Some Notes on the History of Cassius Hemina*, *Phoenix* 44 (1990) 326-344.

Cato

- Astin, A. E., *Cato the Censor*, Oxford 1978.
Kienast, D., *Cato Censor. Seine Persönlichkeit und seine Zeit*, Heidelberg 1954.
Kierdorf, W., *Catos ‚origines‘ und die Anfänge der römischen Geschichtsschreibung*, *Chiron* 10 (1980) 205-224.
Klingner, F., *Cato Censorius und die Krisis Roms*, in: Klingner, F. (Hg.), *Römische Geisteswelt*, München 1961⁴, 34-65.
Schröder, W. A., *Das erste Buch der Origines*, Meisenheim am Glan 1971.

Calpurnius Piso Frugi

- Latte, K., *Der Historiker L. Calpurnius Frugi*, *Kleine Schriften*, München 1968, 837-847.

Wendungen zur Zeitgeschichte

- Musti, D., *Polibio e la storiografia romana archaica*, in: Walbank, F. W. (Hg.), *Polybe, Vandoeuvres-Géneve* 1974, 120ff.
Richter, W., *Römische Zeitgeschichte und innere Emigration*, in: *Gymnasium* 68 (1961) 286-315.
Sempronius Asellio
Scholz, U. W., *Annales und historia(e)*, *Hermes* 122 (1994) 64-79.
Cornelius Sisenna
Badian, E., *Waiting for Sulla*, *JRS* 52 (1962) 47-61.
Badian, E., *Where was Sisenna*, *Athenaeum* 42 (1964) 422-431.

Die Geschichtsschreibung in der späten Republik

Timpe, D., *Erwägungen zur jüngeren Annalistik*, in: A & A 25 (1979) 97-119.

Vogt, J., *Ciceros Glaube an Rom*, Darmstadt 1963.

Caesar

Collins, J. H., *Caesar as Political Propagandist*, ANRW II, Berlin 1972, 957ff.

Dahlheim, W., *Caesar*, München 1987.

Latacz, J., *Zu Caesars Erzählstrategie (BG I, 1-29: Der Helvetierfeldzug)*, in: AU 21 (1978) 70-87.

Maier, F. (Hg.), *Caesar im Visier*, Bamberg 1995.

Mensching, E., *Caesars bellum Gallicum. Eine Einführung*, Frankfurt 1988.

Sallust

Klinz, A., *Die Charakteristik Sullas im Rahmen der Sallustlektüre*, in: Anregung 13 (1967) 22ff.

Klinz, A., *Die grosse Rede des Marius (Iug. 85) und ihre Bedeutung für das Geschichtsbild des Sallusts*, in: AU 11,5 (1968) 76-90.

Leeman, A. D., *Aufbau und Absicht von Sallusts Bellum Iugurthinum*, Amsterdam 1957.

Leeman, A. D., *Sallusts Prologie und seine Auffassung von der Historiographie*

I. *Das Catilina-Proömium*, in: Mnemosyne 7 (1954) 323-339.

II. *Das Iugurtha-Proömium*, in: Mnemosyne 8 (1955) 38-48.

Neumeister, C., *Neue Tendenzen und Ergebnisse der Sallustforschung (1961-1981)*, Gymnasium 93 (1986) 51-68.

Penna, A. L., *Die Bedeutung der Proömien Sallusts*, in: V. Pöschl (Hg.), *Sallust*, Darmstadt 1970, 296-324.

Richter, W., *Der Manierismus des Sallust und die Sprache der römischen Historiographie*: in: ANRW I3 (1973) 755-788.

Schmid, W., *Frühschriften Sallusts im Horizont des Gesamtwerks*, Neustadt/Aisch 1993.

Tiffou, E., *Essai sur la pensée morale de Salluste à la lumière de ses prologues*, Paris 1973.

Wille, G., *Der Mariusexkurs Kap. 63 im Aufbau von Sallusts Bellum Iugurthinum*, in: Ableitinger, D., Gugel, H. (Hgg.), *Festschrift Vretska*, Heidelberg 1970, 304-331.

Livius

Burck, E., *Wege zu Livius*, Darmstadt 1977.

Burck, E., *Das Gesamtwerk des Titus Livius*, Heidelberg 1992.

Leemann, A. D., *Werden wir Livius gerecht? Einige Gedanken zu der Praefatio des Livius*, in: Burck, E. (Hg.), *Wege des Livius*, Darmstadt 1977, 200-233.

Oppermann, H., *Die Einleitung zum Geschichtswerk des Livius*: in: Burck, E. (Hg.), *Wege des Livius*, Darmstadt 1977, 169-180.

Stadter, A., *The Structure of Livy's History*, Historia 21 (1972) 287-307.

Walsh, P. G., *Die Vorrede des Livius und die Verzerrung der Geschichte*, in: Burck, E. (Hg.), *Wege des Livius*, Darmstadt 1977, 181-199.

Wille, G., *Der Aufbau des Livianischen Geschichtswerks*, Amsterdam 1973.

Wichtige Literatur zu speziellen Fragestellungen

Bleicken, J., *Lex publica. Gesetz und Recht in der römischen Republik*, Berlin 1975.

Bringmann, K., *Weltherrschaft und innere Krise Roms im Spiegel der Geschichtsschreibung des zweiten und ersten Jahrhunderts v. Chr.*, A & A 23 (1977) 28-49.

Esch, A., *Überlieferungs-Chance und Überlieferungs-Zufall als methodisches Problem des Historikers*, in: Esch, A., *Zeitalter und Menschenalter. Der Historiker und die Erfahrung vergangener Gegenwart*, München 1994, 39-69.

Gruen, E. S., *Culture and National Identity in Republican Rome*, Ithaca 1992.

Syme, R., *The Senator as Historian*, in: Syme, R., *Ten Studies in Tacitus*, Oxford 1970, 1-10.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
1. Kollegstunde (01.10.09)
Livius als Anfang

Texte: Text 1: Liv. 6, 1, 1-3
Text 2: Liv. 6, 42, 1-6
Text 3: Liv. 7, 9, 3-6
Text 4: Liv. 7, 3
Text 5: Liv. 4, 20
Text 6: Liv. 4, 16, 3-4

Text 1: Liv. 6, 1, 1-3 (ed. Conway, 1919 (OCT))

Quae ab condita urbe Roma ad captam eandem Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus decemvirisque ac tribunis consularibus gessere, foris bella, domi seditiones, quinque libris exposui, res cum vetustate nimia obscuras velut quae magno ex intervallo loci vix cernuntur, tum quod rarae per eadem tempora litterae fuere, una custodia fidelis memoriae rerum gestarum, et quod, etiam si quae in commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa urbe pleraeque interiere. Clariora deinceps certioraque ab secunda origine velut ab stirpibus laetius feraciusque renatae urbis gesta domi militaeque exponentur.

Text 2: Liv. 6, 42, 1-6 (ed. Conway, 1919 (OCT))

Oratio Appi ad id modo valuit ut tempus rogationum iubendarum proferretur. Refecti decumum iidem tribuni, Sextius et Licinius, de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere. Creati quinque patrum, quinque plebis; graduque eo iam via facta ad consulatum videbatur. Hac victoria contenta plebes cessit patribus ut in praesentia consulum mentione omissa tribuni militum crearentur. Creati A. et M. Cornelii iterum M. Geganius P. Manlius L. Veturius P. Valerius sextum.

Cum praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rem exitus quam dubii, quietae externae res Romanis essent, fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem ut M. Furius dictator quintum diceretur. Is T. Quinctium Poenum magistrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen auctor est Claudius inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum cum quo provocatus manus conservit in conspectu duorum exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam. Pluribus auctoribus magis adducor ut credam decem haud minus post annos ea acta, hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dicatore M. Furio signa conlata.

Text 3: Liv. 7, 9, 3-6 (ed. Conway, 1919 (OCT))

Dictatorem T. Quinctium Poenum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante ut continuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. Quaesita ea propriae familiae laus leviolem auctorem Licinium facit: cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam

inveniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer inclinat animus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere.

Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adigit ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit.

Text 4: Liv. 7, 3 (ed. Conway, 1919 (OCT))

Nec tamen ludorum primum initium procurandis religionibus datum aut religione animos aut corpora morbis levavit; quin etiam, cum medios forte ludos circus Tiberi superfuso inrigatus impedisset, id vero, velut aversis iam dis aspernantibusque placamina irae, terrorem ingentem fecit. Itaque Cn. Genucio L. Aemilio Mamercio iterum consulibus, cum piaculorum magis conquisitio animos quam corpora morbi adficerent, repetitum ex seniorum memoria dicitur pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam. Ea religione adductus senatus dictatorem clavi figendi causa dici iussit; dictus L. Manlius Imperiosus L. Pinarium magistrum equitum dixit.

Lex vetusta est, priscis litteris verbisque scripta, ut qui praetor maximus sit idibus Septembribus clavum pangat; fixa fuit dextro lateri aedis Iovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est. Eum clavum, quia rarae per ea tempora litterae erant, notam numeri annorum fuisse ferunt eoque Minervae templo dicatam legem quia numerus Minervae inventum sit. - Volsiniis quoque clavos indices numeri annorum fixos in templo Nortiae, Etruscae deae, comparere diligens talium monumentorum auctor Cincius adfirmat. - M. Horatius consul †ex lege templum† Iovis optimi maximi dedicavit anno post reges exactos; a consulibus postea ad dictatores, quia maius imperium erat, sollemne clavi figendi translatum est. Intermisso deinde more digna etiam per se visa res propter quam dictator crearetur. Qua de causa creatus L. Manlius, perinde ac rei gerendae ac non solvendae religionis gratia creatus esset, bellum Hernicum adfectans dilectu acerbo iuventutem agitavit; tandemque omnibus in eum tribunis plebis coortis seu vi seu verecundia victus dictatura abiit.

Text 5: Liv. 4, 20 (ed. Ogilvie, 1974 (OCT))

Omnibus locis re bene gesta, dictator senatus consulto iussuque populi triumphans in urbem rediit. Longe maximum triumphis spectaculum fuit Cossus, spolia opima regis interfecti gerens; in eum milites carmina incondita aequantes eum Romulo canere. Spolia in aede Iovis Feretri prope Romuli spolia quae, prima opima appellata, sola ea tempestate erant, cum sollemni dedicatione dono fixit; averteratque in se a curru dictatoris civium ora et celebritatis eius diei fructum prope solus tulerat. Dictator coronam auream, libram pondo, ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Iovi donum posuit.

Omnes ante me auctores secutus, A. Cornelium Cossus tribunum militum secunda spolia opima Iovis Feretri templo intulisse exposui; ceterum, praeterquam quod ea rite opima spolia habentur, quae dux duci detraxit, nec ducem novimus nisi cuius auspicio bellum geritur, titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit consulem ea Cossus cepisse. Hoc ego cum Augustum Caesarem, templorum omnium conditorem ac restitutorem, ingressum aedem Feretri Iovis quam vetustate dilapsam refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem, prope sacrilegium ratus sum Cossus spoliis suorum Caesarem, ipsius templi auctorem, subtrahere testem. Quis ea in re sit error quod tam veteres annales quodque magistratuum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat identidem auctores, decimo post demum anno cum T. Quintio Poeno A. Cornelium Cossus consulem habeant, existimatio communis omnibus est. Nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri posset, quod imbelles triennium ferme pestilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium consulem fuit, adeo ut quidam annales velut funesti nihil praeter nomina

consulum suggerant. Tertius ab consulatu Cossi annus tribunum eum militum consulari potestate habet, eodem anno magistrum equitum; quo in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrem. Ea libera coniectura est sed, ut ego arbitror, vana. Versare in omnes opiniones licet, cum auctor pugnae, recentibus spoliis in sacra sede positis, Iovem prope ipsum, cui vota erant, Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes, se A. Cornelium Cossum consulem scripserit.

Text 6: Liv. 4, 16, 3-4 (ed. Ogilvie, 1974 (OCT))

Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis cooptatum seditionem motam ex Maeliana caede sedasse invenio; ceterum vix credibile est numerum tribunorum patres augeri passos, idque potissimum exemplum a patricio homine introductum, nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse aut certe temptasse. Sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum paucis ante annis lege cautum ne tribunis collegam cooptare liceret.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
2. Kollegstunde (08.10.09)
Römische Geschichtsschreibung - Fragestellung und Übersicht

Texte: Text 1: Dion. Hal. 1, 6-7
Text 2: Cic. *leg.* 1, 1-2
Text 3: Cic. *de orat.* 2, 51-55

Text 1: Dion. Hal. 1, 6-7 (ed. Warmington, 1968 (Loeb))

VI. πρώτου μὲν, ὅσα καμὲ εἰδέναι, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιδραμόντος Ἰερωνύμου τοῦ Καρδιανοῦ συγγραφέως ἐν τῇ περὶ τῶν Ἐπιγόνων πραγματείᾳ· ἔπειτα Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύρρον τὸν Ἡπειρώτην πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρίσαντος πραγματείαν· ἅμα δὲ τούτοις Ἀντιγόνου τε καὶ Πολυβίου καὶ Σιληνοῦ καὶ μυρίων ἄλλων τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν οὐχ ὁμοίως ἐπιβαλόντων, ὧν ἕκαστος ὀλίγα καὶ οὐδὲ ἀκριβῶς αὐτῷ διεσπουδασμένα, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων συνθεῖς ἀνέγραψεν. ὁμοίως δὲ τούτοις οὐδὲν διαφόρους ἐξέδωκεν ἱστορίας καὶ Ῥωμαίων ὅσοι τὰ παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ συνέγραψαν, ὧν εἰσι πρεσβύτατοι Κώντος τε Φάβιος καὶ Λεύκιος Κίγκιος, ἀμφότεροι κατὰ τοὺς Φοινικικοὺς ἀκμάσαντες πολέμους. τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐκάτερος, οἷς μὲν αὐτὸς ἔργους παρεγένετο, διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἀκριβῶς ἀνέγραψε, τὰ δὲ ἀρχαῖα τὰ μετὰ τὴν κτίσιν τῆς πόλεως γενόμενα κεφαλαιωδῶς ἐπέδραμεν. διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας ἔδοξέ μοι μὴ παρελθεῖν καλὴν ἱστορίαν ἐγκαταλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀμνημόνευτον, ἐξ ἧς ἀκριβῶς γραφείσης συμβήσεται τὰ κράτιστα καὶ δικαιοτάτα τῶν ἔργων· τοῖς μὲν ἐκπεληρωκόσι τὴν ἑαυτῶν μοῖραν ἀνδράσι ἀγαθοῖς δόξης αἰωνίου τυχεῖν καὶ πρὸς τῶν ἐπιγιγνομένων ἐπαινεῖσθαι, ἃ ποιεῖ τὴν θνητὴν φύσιν ὁμοιοῦσθαι τῇ θείᾳ καὶ μὴ συναποθνήσκειν τὰ ἔργα τοῖς σώμασι· τοῖς δὲ ἀπ' ἐκείνων τῶν ἰσοθέων ἀνδρῶν νῦν τε οὐσι καὶ ὕστερον ἔσομένοις μὴ τὸν ἥδιστόν τε καὶ ῥᾶστον αἰρεῖσθαι τῶν βίων, ἀλλὰ τὸν εὐγενέστατον καὶ φιλοτιμότατον, ἐνθυμουμένους ὅτι τοὺς εἰληφότες καλὰς τὰς πρώτας ἐκ τοῦ γένους ἀφορμὰς μέγα ἐφ' ἑαυτοῖς προσήκει φρονεῖν καὶ μηδὲν ἀνάξιον ἐπιτηδεύειν τῶν προγόνων· ἐμοὶ δέ, ὅς οὐχὶ κολακείας χάριν ἐπὶ ταύτῃ ἀπέκλινα τὴν πραγματείαν, ἀλλὰ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ δικαίου προνοούμενος, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι πᾶσαν ἱστορίαν, πρῶτον μὲν ἀποδείξασθαι τὴν ἑμαυτοῦ διάνοιαν, ὅτι χρηστὴ πρὸς ἅπαντάς ἐστι τοὺς ἀγαθοὺς καὶ φιλοθεώρους τῶν

καλῶν ἔργων καὶ μεγάλων· ἔπειτα χαριστηρίους ἀμοιβὰς, ἃς ἐμοὶ δύναμις ἦν, ἀποδοῦναι τῇ πόλει, παιδείας τε μεμνημένῳ καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὅσων ἀπέλαυσα διατρίψας ἐν αὐτῇ.

VII. Ἀποδεδικώς δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς προαιρέσεως λόγον ἔτι βούλομαι καὶ περὶ τῶν ἀφορμῶν εἰπεῖν, αἷς ἐχρησάμην ὅτ' ἐμελλον ἐπιχειρεῖν τῇ γραφῇ· ἴσως γὰρ οἱ προανεγνωκότες Ἰερώνυμον ἢ Τιμαίον ἢ Πολύβιον ἢ τῶν ἄλλων τινὰ συγγραφέων, ὑπὲρ ὧν ἐποιησάμην λόγον ὀλίγῳ πρότερον ὡς ἐπισευρκότων τὴν γραφὴν, πολλὰ τῶν ὑπ' ἐμοῦ γραφομένων οὐχ εὐρηκότες παρ' ἐκείνοις κείμενα σχεδιάζειν ὑπολήφονται με καὶ πόθεν ἢ τούτων γνώσεις εἰς ἐμὲ παραγένονεν ἀξιόσοσι μαθεῖν. ἵνα δὴ μὴ τοιαύτη δόξα παραστῆ τισι περὶ ἐμοῦ, βέλτιον ἀφ' ὧν ὠρμήθη λόγων τε καὶ ὑπομηγματισμῶν προειπεῖν. ἐγὼ καταπλεύσας εἰς Ἰταλίαν ἅμα τῷ καταλυθῆναι τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος ἐβδόμης καὶ ὀγδοηκοστῆς καὶ ἐκατοστῆς Ὀλυμπιάδος μεσοῦσης, καὶ τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον ἑτῶν δύο καὶ εἴκοσι μέχρι τοῦ παρόντος γενόμενον ἐν Ῥώμῃ διατρίψας, διάλεκτόν τε τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκμαθῶν καὶ γραμμάτων τῶν ἐπιχωρίων λαβῶν ἐπιστήμην, ἐν παντὶ τούτῳ τῷ χρόνῳ τὰ συντείνοντα πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην διετέλουν πραγματευόμενος. καὶ τὰ μὲν παρὰ τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν, οἷς εἰς ὀμιλίαν ἦλθον, διδαχῇ παραλαβῶν, τὰ δ' ἐκ τῶν ἱστοριῶν ἀναλεξάμενος, ἃς οἱ πρὸς αὐτῶν ἐπανοούμενοι Ῥωμαίων συνέγραψαν Πόρκιός τε Κάταν καὶ Φάβιος Μάξιμος καὶ Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεύς καὶ Δικίνιος Μάκερ Ἀἴλιοι τε καὶ Γέλλιοι καὶ Καλπούρνιοι καὶ ἕτεροι συχνοὶ πρὸς τούτοις ἀνδρες οὐκ ἀφανεῖς, ἀπ' ἐκείνων ὀρμώμενος τῶν πραγματειῶν (εἰσι δὲ ταῖς Ἑλληνικαῖς χρονογραφίαις ἐοικυῖαι), τότε ἐπεχείρησα τῇ γραφῇ. ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ ἑμαυτοῦ διείλεγμαι. λοιπὸν δ' ἔτι μοι καὶ περὶ τῆς ἱστορίας αὐτῆς προειπεῖν, τίσι τε αὐτὴν περιλαμβάνων χρόνοις καὶ περὶ τίνων ποιοῦμαι πραγμάτων τὴν διήγησιν καὶ ποταπὸν ἀποδίδωμι τὸ σχῆμα τῇ πραγματείᾳ.

«Coelius Anti» pater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestis ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit ut adcuratius scriberent. Ecce autem successere huic † belli † Clodius Asellio, nihil ad Coelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam. (7) Nam quid Macrum numerem? Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, elatio summam inpudentiam. Sisenna eius amicus omnis adhuc nostros scriptores - nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus - facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consecratur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse videatur, eum tamen velle dumtaxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset. Quare tuum est munus hoc, a te exspectatur; nisi quid Quinto videtur secus.

Text 3: Cic. *de orat.* 2, 51-55 (ed. Kumaniecki, 1969 (Teubner))

(51) „Age vero“ inquit Antonius „qualis oratoris et quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?“ „si, ut Graeci scripserunt, summi“ inquit Catulus; „si, ut nostri, nihil opus est oratore; satis est non esse mendacem“. „atqui, ne nostros contemnas“ inquit Antonius „Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. (52) erat enim historia nihil aliud nisi annalium confectio, cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium pontificem maximum res omnis singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus referebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi: ii qui etiam nunc annales maximi nominantur. (53) hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum hominum locorum gestarumque rerum reliquerunt. itaque qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus Acusilas fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent quibus rebus ornentur oratio - modo enim huc ista sunt importata - et dum intellegatur quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. (54) paulum se erexit et addidit maiorem historae sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, Antipater, ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt“. „est“ inquit Catulus „ut dicis. sed iste ipse Coelius neque distinxit historiam varietate locorum neque verborum conlocatione et tractu orationis levi et aequabili perpolivit illud opus; sed ut homo neque doctus neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit; vicit tamen, ut dicis, superiores.“ (55) „minime mirum“ inquit Antonius „si ista res adhuc nostra lingua inlustrata non est. nemo enim studet eloquentiae nostrorum hominum, nisi ut in causis atque ut in foro eluceat; apud Graecos autem eloquentissimi homines, remoti a causis forensibus, cum ad ceteras res inlustris tum ad historiam scribendam maxime se applicaverunt. namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornavit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus; atqui tanta est eloquentia, ut me quidem, quantum ego Graece scripta intellegere possum, magno opere delectet.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
3. Kollegstunde (15.10.09)
Die „Graeci Annales“

Texte: Text 1: Inscriptiones Latinae liberae rei publicae 309-316
Text 2: Polyb. 6, 53-54
Text 3: Cic. *Att.* 6, 1, 17-18
Text 4: Fabius Pictor fr. 8 P.
Text 5: Fabius Pictor fr. 7 P.
Text 6: FRH 1, 1

Text 1: Inscriptiones Latinae liberae rei publicae 309-316

309. Sarcophagus (1,42 x 2,77 x 1,10) ex lapide Albano affabre ornatus (I², 6, 7 cfr. pp. 718, 739; VI, 1284, 1285 cfr. 31587, 31588 et p. 3799; D. 1; Buecheler, 7; im. phot. *Ephem. Dacorom.* I 1923, pp. 42, 44, H.Marucchi, *Guida della Galleria lapidaria del Museo Vaticano*, 1912, p. 83 aliique multi).

..... | *Cornelius Lucius Scipio Barbatus - Gnaivod patre |
prognatus, fortis vir sapiensque - quoius forma virtutei parisuma | fuit, - consol, censor,
aidilis quei fuit apud vos. - Taurasia, Cisauna | Samnio cepit, - subigit omne Loucanam
opsidesque abdoucit.*

310. Duae tabulae (0,405 x 1,685; 0,62 x 1,25) ex lapide Albano ad anticam partem arcae pertinentes, altera brevi titulo picto, altera, a dextra imminuta, longiore titulo inciso ornata, quas eiusdem sarcophagi esse, ita ut sub picto nomine elogium incisum fuerit, iam pridem viri docti intellexerunt (I², 8, 9 cfr. pp. 718, 831; VI, 1256, 1287 cfr. p. 3799; D. 2, 3; Buecheler, 6; im phot. tabulae maioris H.Marucchi, *Guida della Galleria lapidaria del Museo Vaticano*, 1912, p. 85).

L. Cornelio(s) L. f. Scipio | aidiles, cosol, cesor.

Honc oino ploirume cosentiont R[omane]

duonoro optumo fuise viro

Luciom Scipione. Filios Barbati

consol, censor, aidilis hic fuet a[pud vos].

Hec cepit Corsica Aleriaque urbe,

dedet Tempestatebus aide mereto[d].

311. Duae tabulae ex lapide Gabino (0,61 x 0,75; 0,61 x 0,73) quae partem anticam arcae effecerunt. Versus, altius a sinistra, minus alte a dextra incisi, inter lineas inserti fuerunt, quarum vestigia adhuc apparent. Literae v. 1 breviores sunt (I², 10 cfr. pp. 718; VI, 1288 cfr. p. 3799; D. 4; Buecheler, 8; im. del. Ritschl, tab. XXXIX).

*Quei apice insigne Diali[is fl]aminis gesistei | mors perfec[it] tua ut essent omnia | brevia,
honos, fama, virtusque | gloria atque ingenium. Quibus sei | in longa licuisset tibe utier vita, |*

facile facteis superasses gloriam | maiorum. Qua re lubens te in gremiu, | Scipio, recipit terra, Publi, | prognatum Publio, Corneli.

312. Tabula ex lapide Gabino (0,66 x 1,65) in complures partes fracta quae anticam partem arcae efficit (I², 11; VI, 1289 cfr. p. 3799; D. 7; Buecheler, 9; im. del. Ritschl, tab. XLI).

L.Cornelius Cn.f. Cn.n. Scipio. Magna sapientia | multasque virtutes aetate quom parva | posidet hoc saxsum. Quoiei vita deficit, non | honos honore, is hic situs, quei nunquam | victus est virtutei. Annos gnatus (viginti) is | I[oc]eis mandatus. Ne quairatis honore | quei minus sit mandatus.

313. Tabula ex topho (0,71 x 0,72) ad anticam partem arcae pertinens (I², 12; VI, 1290; D. 5; im. del Ritschl. tab. XL; im. phot. Amelung, *Skulpturen des Vat. Museums*, II, tab. I).

L.Corneli(us) L.f. P.(n.) | Scipio, quaist(or), | tr(ibunus) mil(itum), annos | gnatus XXXIII | mortuos. Pater | regem Antioco(m) | subegit.

314. Pars dextra tabulae ex topho (0,45 x 0,62) ad anticam partem arcae pertinentis (I², 13; VI, 1291; D. 8; im. del Ritschl. tab. XL).

[- Co]rnelius L.f. L.n. | [Sci]pio Asiagenus | Comatus annoru(m) | gnatus XVI.

315. Pars dextra tabulae ex topho (0,45 x 0,64) ad anticam partem arcae pertinens (I², 14; VI, 1292; Buecheler, 10; D. 9; im del. Ritschl, tab. XL).

[- - -]is | [- - - Sc]ipionem | [- - - qu]oad veixei.

316. Quattuor tabulae ex lapide Albano anticam partem arcae efficientes. Duae mediae inscriptae (singulae 0,56 x 0,74) sunt in museo Vaticano, duae extremae in ipso sepulcro ubi recens eruderatae sunt. Tabulae mediae ab eodem operario (non a diversis operariis, ut Ritschl, *Opuscula*, IV, p. 219, statuit) incisae sunt, sed, vitio lapidis iam antiquitus, ut puto, exstante, ita ut scriptura tabulae scundae cum scriptura tertiae satis non congrueret Tres primae tabulae signatae sunt notis *I, II, III* (I², 15 cfr. p. 718; VI, 1293; D. 6; im. del Ritschl, tab. XLII).

Cn. Cornelius Cn.f. Scipio Hispanus, | pr(aetor), aid(ilis) cur(ulis), q(uaestor), tr(ibunus) mil(itum) (bis), (decem)vir sl(itibus) iudik(andis), | (decem)vir sacr(is) fac(iundis). |

Virtutes generis mieis moribus accumulavi,

progeniem genui, facta patris petiei.

Maiorum optenui laudem ut sibi me esse creatum

laetentur; stirpem nobilitavit honor.

53 Ὅταν γὰρ μεταλλάξῃ τις παρ' αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν ποτὲ μὲν ἐστὼς 2 ἐναργής, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. περίξ δὲ παντός τοῦ δήμου στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπηται καὶ τύχῃ παρὼν, οὗτος, εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχει, λέγει περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν 3 τῷ ζῆν πράξεις. δι' ὧν συμβαίνει τοὺς πολλοὺς ἀναμνησκομένους καὶ λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν οἴψιν τὰ γεγονότα, μὴ μόνον τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτός, ἐπὶ τοσοῦτον γίνεσθαι συμπαιθεῖς ὥστε μὴ τῶν κηδεόντων ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ δήμου φαίνεσθαι τὸ σύμ- 4 πτωμα. μετὰ δὲ ταῦτα θάψαντες καὶ ποιήσαντες τὰ νομιζόμενα τιθέασιν τὴν εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰκίας, ξύλινα 5 ναῖδια περιτιθέντες. ἢ δ' εἰκὼν ἐστὶ πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξεργασμένον καὶ 6 κατὰ τὴν πλάσιν καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφὴν. ταῦτας δὲ τὰς εἰκόνας ἐν τε ταῖς δημοτελεσίαις θυσιάς ἀνοίγοντες κοσμοῦσι φιλοτίμως, ἐπὶ τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανής, ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφορὰν, περιτιθέντες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι κατὰ τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην περι- 7 κοπήν. οὗτοι δὲ προσαναλαμβάνουσιν ἐσθήτας, ἂν μὲν ὑπάτος ἢ στρατηγὸς ἢ γεγονώς, περιπορφύρους, ἂν δὲ τιμητής, πορφύρας, ἂν δὲ καὶ τεθριαμβευκῶς ἢ τι τοιοῦτον κατειργασμένος, 8 διαχρύσους. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐφ' ἄρμάτων οὗτοι πορεύονται, ῥάβδοι δὲ καὶ πελέκει καὶ τᾶλλα τὰ ταῖς ἀρχαῖς εἰωθότα συμπαρακείσθαι προηγείται κατὰ τὴν ἀξίαν ἐκάστῳ τῆς γεγενημένης κατὰ τὸν βίον ἐν τῇ πολιτείᾳ προαγωγῆς, ὅταν δ' ἐπὶ τοὺς 9 ἐμβόλους ἔλθωσι, καθέζονται πάντες ἐξῆς ἐπὶ δίφρων ἐλεφαντίνων. οὐ κάλλιον οὐκ εὐμαρὲς 10 ἰδεῖν θέαμα νέῳ φιλοδόξῳ καὶ φιλαγάθῳ· τὸ γὰρ τὰς τῶν ἐπ' ἀρετῇ δεδοξασμένων ἀνδρῶν εἰκόνας ἰδεῖν ὁμοῦ πάσας οἶον εἰ ζώσας καὶ πεπνυμένας τίν' οὐκ ἂν παραστήσαι; τί δ' ἂν κάλλιον θέαμα τούτου 54 φανείη; πλὴν ὅ γε λέγων ὑπὲρ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος, ἐπὶν διέλεθ' ὅτι περὶ τούτου λόγον, ἀρχεται τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ προγεγενημένου τῶν παρόντων, καὶ λέγει τὰς ἐπιτυχίας ἐκάστου καὶ 2 τὰς πράξεις. ἐξ ὧν καινοποιουμένης αἰετῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης ἀθανατίζεται μὲν ἢ τῶν καλόν τι διαπραξαμένων εὐκλεία, γνώριμος δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος τοῖς ἐπιγνωμένοις ἢ τῶν εὐεργετησάντων τὴν πατρίδα γίνεται δόξα. 3 τὸ δὲ μέγιστον, οἱ νέοι παρορμῶνται πρὸς τὸ πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων χάριν τοῦ τυχεῖν τῆς συνακολουθοῦσης τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀν- 4 δρῶν εὐκλείας. πίστιν δ' ἔχει τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων. πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμονομάχησαν ἐκουσίως Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς τῶν ὄλων κρίσεως, οὐκ ὀλίγοι δὲ προδήλους εἴλοντο θανάτους, τινὲς μὲν ἐν πολέμῳ τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν σωτηρίας, τινὲς δ' ἐν εἰρήνῃ χάριν τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἀσφαλείας. 5 καὶ μὴν ἀρχὰς ἔχοντες ἐνίοι τοὺς ἰδίους υἱοὺς παρὰ πᾶν ἔθος ἢ νόμον ἀπέκτειναν, περὶ πλείονος ποιοῦμενοι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον τῆς κατὰ φύσιν οἰκειότητος πρὸς τοὺς ἀναγκαϊοτάτους. 6 Πολλὰ μὲν οὖν τοιαῦτα καὶ περὶ πολλῶν ἱστορεῖται παρὰ Ῥωμαίους· ἐν δ' ἀρκούν' ἔσται πρὸς τὸ παρὼν ἐπ' ὀνόματος ῥηθὲν ὑποδείγματος καὶ πίστεως ἕνεκεν.

53. Wenn in Rom ein angesehenere Mann stirbt, wird er im Leichenzug in seinem ganzen Schmuck nach dem Markt zu den sogenannten rostra, der Rednertribüne, geführt, meist stehend, so daß ihn alle sehen können, nur selten sitzend. Während das ganze Volk ringsherum steht, betritt entweder, wenn ein erwachsener Sohn vorhanden und anwesend ist, dieser, sonst ein anderer aus dem Geschlecht der Rednertribüne und hält eine Rede über die Tugenden des Verstorbenen und über die Taten, die er während seines Lebens vollbracht hat. Diese Rede weckt in der Menge, die durch sie an die Ereignisse erinnert wird und sie wieder vor Augen gestellt bekommt, und zwar nicht nur bei den Mitkämpfern, sondern auch bei den nicht unmittelbar Beteiligten, ein solches Mitgefühl, daß der Todesfall nicht als ein persönlicher Verlust für die Leidtragenden, sondern als ein Verlust für das Volk im ganzen erscheint. Wenn sie ihn dann begraben und ihm die letzten Ehren erwiesen haben, stellen sie das Bild des Verstorbenen an der Stelle des Hauses, wo es am besten zu sehen ist, in einem hölzernen Schrein auf. Das Bild ist eine Maske, die mit erstaunlicher Treue die Bildung des Gesichts und seine Züge (?) wiedergibt. Diese Schreine öffnen sie bei den großen Festen und schmücken die Bilder, so schön sie können, und wenn ein angesehenes Glied der Familie stirbt, führen sie sie im Trauerzug mit und setzen sie Personen auf, die an Größe und Gestalt den Verstorbenen möglichst ähnlich sind. Diese tragen dann, wenn der Betreffende Konsul oder Praetor gewesen ist, Kleider mit einem Purpursaum, wenn Censor, ganz aus Purpur, wenn er aber einen Triumph gefeiert und dementsprechende Taten getan hat, goldgestickte. Sie fahren auf Wagen, denen Rutenbündel und Beile und die anderen Insignien des Amtes, je nach der Würde und dem Rang, den ein jeder in seinem Leben bekleidet hat, vorangetragen werden, und wenn sie zu den rostra gekommen sind, nehmen alle in einer Reihe auf elfenbeinernen Stühlen Platz. Man kann sich nicht leicht ein großartigeres Schauspiel denken für einen Jüngling, der nach Ruhm verlangt und für alles Große begeistert ist. Denn die Bilder der wegen ihrer Taten hochgepriesenen Männer dort alle versammelt zu sehen, als wären sie noch am Leben und besetzt, wem sollte das nicht einen tiefen Eindruck machen? Was könnte es für einen schöneren Anblick geben? 54. Wenn nun der Redner über den, den sie zu Grabe tragen, gesprochen hat, geht er zu den anderen über, die da auf den rostra versammelt sind, und berichtet, mit dem Ältesten beginnend, von den Erfolgen und Taten eines jeden. Da auf diese Weise die Erinnerung an die Verdienste der hervorragenden Männer immer wieder erneuert wird, ist der Ruhm derer, die etwas Großes vollbracht haben, unsterblich, das ehrende Gedächtnis der Wohltäter des Vaterlandes bleibt im Volke wach und wird weitergegeben an Kinder und Enkel. Vor allem aber wird die Jugend angespornt, für das Vaterland alles zu ertragen, um ebenfalls des Ruhmes, der dem verdienten Manne folgt, teilhaft zu werden. Dies wird durch folgendes bestätigt. Viele Römer haben sich freiwillig zum Zweikampf gemeldet, um damit den römischen Sieg zu entscheiden, nicht wenige haben den sicheren Tod gewählt, teils im Krieg, um die anderen zu retten, teils im Frieden, um die Existenz des Staates zu sichern. Einige haben sogar als Träger eines Amtes ihre eigenen Söhne hinrichten lassen, da sie die Wohlfahrt des Landes höher achteten als die Liebe zu denen, die ihnen am teuersten waren.

Vieles dergleichen und über viele wird in Rom erzählt. Eine Geschichte aber, mit Nennung des Namens berichtet, wird für den Augenblick als Beispiel und Beweis genügen.

Text 3: Cic. *Att.* 6, 1, 17-18 (ed. Shackleton Bailey, 1987 (Teubner))

- 17 De statua Africani (ὃ πραγμαμάτων ἀσυγγλώστων! sed me id ipsum delectavit in tuis litteris), ain tu? Scipio hic Metellus proavum suum nescit censorem non fuisse? atqui nihil habuit aliud inscriptum nisi 'cos.' ea statua quae ab Opis parte postica in excelso est. in illa autem quae est ad Πολυκλέους Herculem inscriptum est 'cos. <cens.>'; quam esse eiusdem status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. at me hercule ego, cum in turma inauratarum equestrium quas hic Metellus in Capitolio posuit animadvertissem in Sarapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putavi,
- 18 nunc video Metelli. ο ἀνιστορησίαν turpem! nam illud de Flavio et fastis, si secus est, commune erratum est; et tu belle ἠπόρησας et nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos. quis enim non dixit Εὐπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes; adfert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur iacet Theophrastus si id a Timaeo, tuo familiari, reprehensum est? sed nescire proavum suum censorem non fuisse turpe est, praesertim cum post eum consulem nemo Cornelius illo vivo censor fuerit.

Text 4: Fabius Pictor fr. 8 P.

8. *Dion.* 2, 38 sqq. Τάτιος ὁ τῶν Σαβίνων βασιλεὺς — μεταξὺ τοῦ τε Κυρινίου καὶ τοῦ Καπιτωλίου τέθησιν ἐν τῷ πεδίῳ τὸν χάρακα. ὄρων δὲ ἀσφαλεῖ πάντα φυλακῇ κατεχόμενα πρὸς τῶν πολεμίων, σφίσι δὲ οὐδὲν χωρὶον ἀπολειπόμενον ὄχνηδον εἰς πολλὴν ἐνέπιπτεν ἀπορίαν, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσεται τῇ τριβῇ τοῦ χρόνου. ἀμηχανοῦντι δὲ αὐτῷ παραδόξος εὐτυχία γίνεταί παραδοθέντος τοῦ κρατίστου τῶν ὄχνημάτων κατὰ τοιάνδε τινὰ συντυχίαν. παρεξιόντας γὰρ τὴν ὄψιν τοῦ Καπιτωλίου τοὺς Σαβίνους εἰς ἐπίσκεψιν, εἴ τι μέρος εὐρεθείη τοῦ λόφου κλοπῇ ληφθῆναι δυνατὸν ἢ βία, παρθένος τις ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατεσκόπει, θυγάτηρ ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, ᾧ προσέκετο ἢ τοῦ χωρίου φυλακῆ, Τάρπεια ὄνομα. καὶ αὐτήν, ὡς μὲν Φάβιος τε καὶ Κίρκιος γράφουσιν, ἔρωσ εἰσέρχεται τῶν ψελλῶν, ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίουσιν ἐφόρουν, καὶ τῶν δακτυλίων· χρυσοφόροι γὰρ ἦσαν οἱ Σαβίνοι τότε καὶ Τυρρητῶν οὐχ ἦττον ἀβροδύταιοι· *(sequitur discrepantia Pisonis fr. 5.)* πέμψασα δ' οὖν τῶν θεραπευνίδων τινὰ διὰ πυλίδος, ἣν οὐδεὶς ἔμαθεν ἀνοιγομένην, ἤξιλον τὸν βασιλέα τῶν Σαβίνων ἐλθεῖν αὐτῇ δίχα τῶν ἄλλων εἰς λόγους, ὡς ἐκείνη διαλεξομένη περὶ πράγματος ἀναγκαίου καὶ μεγάλου. δεξαμένου δὲ τοῦ Τατίου τὸν λόγον κατ' ἐλπίδα προδοσίας καὶ συνελθόντος εἰς τὸν ἀποδειχθέντα τόπον, προελθούσα εἰς ἐφικτὸν ἢ παρθένος ἐξεληλυθῆναι μὲν νυκτὸς ἐκ τοῦ φρουρίου τὸν πατέρα αὐτῆς ἔφη χρείας τινὸς ἕνεκα, τὰς δὲ κλεῖς αὐτῇ φυλάττειν τῶν πυλῶν καὶ παραδώσειν αὐτοῖς τὸ ἔρμα νυκτὸς ἀφικόμενοις μισθὸν τῆς προδοσίας λαβοῦσα τὰ φορήματα τῶν Σαβίνων, ἃ περὶ τοῖς εὐωνύμοις εἶχον ἅπαντες βραχίουσιν. εὐδοκοῦντος δὲ τοῦ Τατίου λαβοῦσα τὰς πίστις δι' ὄρκων παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτῇ δοῦσα τοῦ μὴ ψεύδεσθαι τὰς ὁμολογίας τόπον τε ὄρισασα, ἐφ' ὃν ἔδει τοὺς Σαβίνους ἐλθεῖν, τὸν ἐχυρότατον καὶ νυκτὸς ὄραν τὴν ἀφυλακτοτάτην ἀπήει καὶ τοὺς ἔνδον ἔλαθε.


(c. 39.) Μέχρι μὲν δὴ τούτων συμφέρονται πάντες οἱ Ῥωμαίων συγγραφεῖς, ἐν δὲ τοῖς ὕστερον λεγομένοις οὐχ ὁμολογοῦσι. *(sequitur Pisonis narratio fr. 5.)* οἱ δὲ περὶ τὸν Φάβιον τε καὶ Κίρκιον οὐδὲν τοιοῦτο γεγονέναι λέγουσιν, ἀλλὰ φυλάξαι τὴν κόρην διαβεβαιοῦνται τὰς περὶ τῆς προδοσίας συνθήκας. τὰ δ' ἐξῆς ἅπαντες πάλιν ὁμοίως γράφουσιν· φασὶ γὰρ ὅτι παραγενομένου σὺν τῷ κρατίστῳ τῆς στρατιᾶς μέρει τοῦ βασιλέως τῶν Σαβίνων φυλάττουσα τὰς ὑποσχέσεις ἢ Τάρπεια τοῖς μὲν πολεμίοις ἀνέφεξε τὴν συγκειμένην πυλίδα, τοὺς δ' ἐν τῷ χωρίῳ φύλακας ἀναστήσασα διαταχέων σώζειν ἑαυτοὺς ἤξιλον καθ' ἑτέρας ἐξόδους τοῖς πολεμίοις ἀφανεῖς, ὡς κατεχόντων ἤδη τῶν Σαβίνων τὸ φρούριον· διαφυγόντων δὲ τούτων τοὺς μὲν Σαβίνους ἀνεφωμένους εὐρόντας τὰς πύλας κατασχέειν τὸ φρούριον ἔρημον τῶν φυλάκων, τὴν δὲ Τάρπειαν ὡς τὰ παρ' ἑαυτῆς ὅσα συνέθετο παρεσχημένην ἀξιοῦν τοὺς μισθοὺς τῆς προδοσίας κατὰ τοὺς ὅρκους ἀπολαβεῖν.

(c. 40. seq. *Pison. fr. 5.*) οἱ δὲ περὶ τὸν Φάβιον ἐπὶ τοῖς Σαβίνοις ποιοῦσι τὴν τῶν ὁμολογιῶν ἀπάτην· δεόν γὰρ αὐτοὺς τὸν χρυσόν, ὥσπερ ἢ Τάρπεια ἤξιλον, κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀποδιδόναι, χαλεπαίνοντας ἐπὶ τῷ μεγέθει τοῦ μισθοῦ τὰ σκεπαστήρια κατ' αὐτῆς βαλεῖν, ὡς ταῦτα ὅτε ὤμνησαν αὐτῇ δώσειν ὑπεσχημένους. *(seq. Pison. fr. 5.)*

Text 5: Fabius Pictor fr. 7 P.

7. *Plut. Rom.* 14. Τετάρτῳ δὲ μηνὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ὡς Φάβιος ἱστορεῖ, τὸ περὶ τὴν ἀρπαγὴν ἐτολμήθη τῶν γυναικῶν [*Sabinarum*].

Text 6: FRH 1, 1 (ed. Beck und Walter, Darmstadt, 2001)



Fabius Pictor in einem 'Bibliothekskatalog' aus Tauromenion (FRH 1 F 1)
[Foto: Archiv des Museums von Naxos/Sizilien]

1 (F ./ . Peter = F ./ . Jacoby)

[Κοί]ντος Φάβιος ὁ Πι-
 [κτω]ρῖνος ἐπικαλού-
 [μεν]ος, Ῥωμαῖος, Γαίου
 [υἱό]ς.
 5 [ὄς] ἰστορήκεν τὴν
 [Ἑ]ρακλέους ἄφιξιν
 [εἰς] Ἴταλίαν καὶ δ' ἔτι
 [νόσ]τον Λανοῖου συμ-
 [μάχ]ου τε Αἰνεΐα καὶ
 10 [Ἀσκα]νίου· πολὶ ὕστε-
 [ρον] ἐγένετο Ῥωμύλος
 [καὶ] Ῥέμος καὶ Ῥώμης
 [κτίσις] ὑπὸ Ῥωμύλου, [ὄς]
 [πρῶτ]ος βεβασί[λευκεν].

Übers.: Quintus Fabius, Pictor genannt, Römer, Sohn des Gaius. (5) Der von der Ankunft des Herakles in Italien berichtete sowie von der des Laniois und seiner Verbündeten Aeneas und (10) Ascanius. Viel später waren Romulus und Remus und die Gründung Roms durch Romulus, der der erste König war.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
4. Kollegstunde (22.10.09)

Cato und Polybios: Umbrüche in der Tradition schriftlicher *memoria* in Rom

Texte: Text 1: Gell. 11, 8, 4
Text 2: Nep. *Cato* 3
Text 3: Gell. 2, 28, 4
Text 4: Gell. 3, 7
Text 5: Gell. 6, 3
Text 6: Polyb. 1, 1-5
Text 7: Polyb. 2, 56, 10-16
Text 8: Polyb. 12, 25b
Text 9: Polyb. 12, 25g
Text 10: Polyb. 12, 25e

Text 1: Gell. 11, 8, 4 (ed. Marshall, 1968 (OCT))

Ea cum legisset M. Cato: „Ne tu,“ inquit „Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus aut cum compulsi peccavimus. Tibi,“ inquit „oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur?“

Text 2: Nep. *Cato* 3 (ed. Marshall, 1977 (Teubner))

In omnibus rebus singulari fuit industria: nam et agricola sollers et peritus iuris consultus et magnus imperator et probabilis orator et cupidissimus litterarum fuit. quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile repperiri possit neque de Graecis neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. ab adolescentia confecit orationes. senex historias scribere instituit. earum sunt libri septem. primus continet res gestas regum populi Romani, secundus et tertius unde quaeque civitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. in quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. atque haec omnia capitulatim sunt dicta. reliquaue bella pari modo persecutus est usque ad praeturam Servii Galbae, qui diripuit Lusitanos: atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. in eisdem exposuit, quae in Italia Hispanisque aut fierent aut viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina.

Huius de vita et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici. quare studiosus Catonis ad illud volumen delegamus.

Text 3: Gell. 2, 28, 6 (ed. Marshall, 1968 (OCT))

Verba Catonis ex *originum* quarto haec sunt: „Non lubet scribere, quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumine caligo aut quid obstiterit.“

Text 4: Gell. 3, 7 (ed. Marshall, 1968 (OCT))

Pulcrum, dii boni, facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato libris *originum* de Q. Caedicio tribuno militum scriptum reliquit.

Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia bello Carthaginensi primo obviam Romano exercitu progreditur, colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium.

Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia maturum. „Censeo,“ inquit „si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam“ - sic enim Cato locum editum asperumque appellat - „ire iubeas eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos praevertentur unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obruncabuntur. Tunc interea occupatis in ea caede hostibus tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est.“ Consul tribuno respondit, consilium quidem istud aequae providens sibi viderier; „sed istos“ inquit „milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit, qui ducat?“ „Si alium“ inquit tribunus „neminem reperis, me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et reipublicae animam do.“ Consul tribuno gratias laudesque agit. Tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur; quorsum ire pergant, in expectando sunt. Sed ubi apparuit ad eam verrucam occupandam iter intendere, mittit adversum illos imperator Carthaginensis peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites circumveniuntur, circumventi repugnant; fit proelium diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti omnes cum uno perfossi gladiis aut missilibus operati cadunt. Consul interim, dum ibi pugnatur, se in locos tutos atque editos subducit.

Sed quod illi tribuno, duci militum quadringentorum, divinitus in eo proelio usu venit, non iam nostris, sed ipsius Catonis verbis subiecimus: „Dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere. Nam ita evenit: cum saucius multifariam ibi factus esset, tamen vulnus capiti nullum evenit, eumque inter mortuos defetigatum volneribus atque, quod sanguen eius defluserat, cognovere. Eum sutulere, isque convaluit saepeque postilla operam reipublicae fortem atque strenuam perhibuit illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum servavit. Sed idem benefactum, quo in loco ponas, nimium interest. Leonides Laco, qui simile apud Thermopylas fecit, propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis: signis, statuīs, elogiis, historiis aliisque rebus gratissimum id eius factum habuere; at tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat atque rem servaverat.“

Hanc Q. Caedici tribuni virtutem M. Cato tali suo testimonio decoravit. Claudius autem Quadrigarius *annali* tertio non Caedicio nomen fuisse ait, sed Laberio.

Text 5: Gell. 6, 3 (ed. Marshall, 1968 (OCT))

Civitas Rodiensis et insulae opportunitate et operum nobilitatibus et navigandi sollertia navalibusque victoriis celebrata est. Ea civitas, cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt Rhodienses legationibus Romam saepe missis id bellum inter eos componere. Sed, ubi ista pacificatio perpetrari nequivit, verba a plerisque Rodiensibus in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rhodienses regem adversus populum Romanum adiutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est. At ubi Perses victus captusque est, Rodienses pertimere ob ea, quae conpluriens in coetibus populi acta dictaque erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur et fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati postquam Romam venerunt et in senatum intromissi sunt verbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae; cumque partim senatorum de Rodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis faciendum censerent, tum M. Cato exsurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti infensique erant, defensum conservatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur inscriptaque est *pro Rodiensibus* et in quintae *originis* libro scripta est.

Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane quidem fuit ingenio homo eleganti

hautquaquam rerum litterarumque veterum indoctus, eoque ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus est. Sed profecto plus ausus est, quam ut tolerari ignoscique possit. Namque epistulam conscripsit ad Q. Axiium, familiarem patroni sui, confidenter nimis et calide, in qua sibimet visus est orationem istam *pro Rodiensibus* acri subtilique iudicio percensuisse. Ex ea epistula lubitum forte nobis est reprehensiones eius quasdam attingere: maiore scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille reprehenderit Catonem.

Culpavit autem primum hoc, quod Cato „inerudite et ἀναγώγως“, ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese ostendit, ne patres gaudio atque laetitia rerum prospere gestarum de statu mentis suae deturbati non satis consiperent neque ad recte intellegendum consulendumque essent idonei. „In principiis autem“ inquit „patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent sensusque eorum expectatione causae suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuris atque imperiosis minationibus confutare.“ Ipsum deinde principium apposuit, cuius verba haec sunt: „Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. Quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo advorsi eveniat, quod nostras secundas res confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. Advorsae res edomant et docent, quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. Quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.“

Liv. 29, 25, 1. Quantum militum in Africam [*a P. Scipione*] transportatum sit, non parvo numero inter auctores discrepat. - Coelius ut abstinet numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget: volucres ad terram delapsas clamore militum ait, tantamque multitudinem conscendisse naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
6. Kollegstunde (04.11.09)
Römische Vergangenheit in Dichtung und Geschichtsschreibung

Texte: Text 1: Enn. *ann.* 1 fr. 47 Skutsch

Text 1: Enn. *ann.* 1 fr. 47 Skutsch

Curantes magna cum cura tum cupientes	77
Regni dant operam simul auspicio augurioque.	
In †monte Remus auspicio sedet atque secundam	
Solus avem servat. at Romulus pulcer in alto	80
Quaerit Aventino, servat genus altivolantum.	
Certabant urbem Romam Remoramne vocarent.	
Omnibus cura viris uter esset induperator.	
Expectant veluti consul quom mittere signum	
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras	85
Quam mox emittat pictos e faucibus currus:	
Sic expectabat populus atque ore timebat	
Rebus, utri magni victoria sit data regni.	
Interea sol albus recessit in infera noctis.	
Exin candida se radiis dedit icta foras lux	90
Et simul ex alto longe pulcerrima praepes	
Laeva volavit avis. simul aureus exoritur sol	
Cedunt de caelo ter quattuor corpora santa	
Avium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.	
Conspicit inde sibi data Romulus esse propritim	95
Auspicio regni stabilita scamna solumque.	

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
7. Kollegstunde (12.11.09)
Die jüngere Annalistik

Texte: Text 1: Gell. 9, 3
Text 2: Liv. 7, 9-11

Text 1: Gell. 9, 13 (= Claudius Quadrigarius fr. 10b P.) (ed. Marshall, 1968 (OCT))

Verba ex historia Claudii Quadrigarii, quibus Manli Torquati, nobilis adolescentis, et hostis Galli provocatoris pugnam depinxit.

Titus Manlius summo loco natus adprimeque nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Torquatus. Causam cognomenti fuisse accepimus torquis ex auro induvias, quam ex hoste, quem occiderat, detractam induit. Sed quis hostis et quid genus, quam formidandae vastitatis et quantum insolens provocator et cuiusmodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo *annalium* purissime atque inlustrissime simplicique et incompta orationis antiquae suavitate descripsit. Quem locum ex eo libro philosophus Favorinus cum legeret, non minoribus quati adflicque animum suum motibus pulsibusque dicebat, quam si ipse coram depugnantes eos spectaret.

Verba Q. Claudii, quibus pugna ista depicta est, adscripsi: „Cum interim Gallus quidam nudus praeter scutum et gladios duos torque atque armillis decoratus processit, qui et viribus et magnitudine et adulescentia simulque virtute ceteris antistabat. Is maxime proelio commoto atque utrisque summo studio pugnantibus manu significare coepit utrisque, quiescerent. Pugnae facta pausa est. Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si quis secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque inmanitatem facies. Deinde Gallus inridere coepit atque linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam Tito Manlio, summo genere gnato, tantum flagitium civitati accidere, e tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. Scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus contra Gallum constitit. Metu magno ea congressio in ipso ponti utroque exercitu inspectante facta est. Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina scuto proiecto cantabundus; Manlius, animo magis quam arte confisus scuto scutum percussit atque statum Galli conturbavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet, Manlius iterum scuto scutum percutit atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit atque Hispanico pectus hausit; deinde continuo humerum dextrum eodem concessu incidit neque recessit usquam, donec subvertit, ne Gallus impetum icti haberet. Ubi eum evertit, caput praecidit, torquem detraxit eamque sanguinolentam sibi in collum inponit. Quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati.“

Ab hoc Tito Manlio, cuius hanc pugnam Quadrigarius descripsit, imperia et aspera et immitia „Manliana“ dicta sunt, quoniam postea bello adversum Latinos cum esset consul, filium suum securi percussit, qui speculatum ab eo missus, interdicto hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

Text 2: Liv. 7, 9-10 (ed. Conway, 1919 (OCT))

(9) Insequenti anno cum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent neque inventis in agro hostibus Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus

inde eis Tiburtes portas clausere. Ea ultima fuit causa, cum multae ante querimoniae ultro citroque iactatae essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.

Dictatorem T. Quinctium Poenum eo anno fuisse satis constat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante ut continuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit. Quaesita ea propriae familiae laus leviolem auctorem Licinium facit: cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitrer inclinatur animus. Eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere.

Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adigit ingentique exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris rumpentibus ne timoris indicium esset. Proelia de occupando ponte crebra erant, nec qui poterentur incertis viribus satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit et quantum maxima voce potuit „quem nunc“ inquit „Roma virum fortissimum habet, procedat aegidum ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat ultra gens bello sit melior.“ (10) Diu inter primores iuvenum Romanorum silentium fuit, cum et abnuere certamen vererentur et praecipuam sortem periculi petere nollent; tum T. Manlius L. filius, qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione ad dictatorem perguit; „iniussu tuo“ inquit, „imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam: si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum quae Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.“ Tum dictator „macte virtute“ inquit „ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. Perge et nomen Romanum invictum iuvantibus dis praesta.“ Armant inde iuvenem aequales; pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adversus Gallum stolidum laetum et - quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est - linguam etiam ab inrisu exserentem producit. Recipiunt inde se ad stationem; et duo in medio armati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, nequaquam visu ac specie aestimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veste pictisque et auro caelatis refulgens armis; media in altero militaris statura modicaque in armis habilibus magis quam decoris species; non cantus, non exsultatio armorumque agitatio vana sed pectus animorum iraque tacitae plenum; omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. Ubi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus velut moles superne imminens proiecto laeva scuto in advenientis arma hostis vanum caesim cum ingenti sonitu ensem deiecit; Romanus mucrone subrecto, cum scuto scutum imum perculisset totoque corpore interior periculo volneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos: Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope modo incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam familiae honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
8. Kollegstunde (19.11.09)
Sisenna und die Autobiographie

Texte: Text 1: Cic. *fam.* 5, 12, 6
Text 2: Cic. *leg.* 1, 7
Text 3: Cornelius Sisenna fr. 104, 127, 129 *, 137, 1 *, 2 *, 3 * P.
Text 4: Lutatius Catulus fr. 1 P.
Text 5: Sulla fr. 21 * P.

Text 1: Cic. *fam.* 5, 12, 6 (ed. Shackleton Bailey, 1988 (Teubner))

Quo mihi acciderit optatius si in hac sententia fueris, ut a continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum. habet enim varios actus multasque <mut>ationes et consiliorm et temporum.

Text 2: Cic. *leg.* 1, 7 (ed. Ziegler, Freiburg, 1979³)

Sisenna ... omnis adhuc nostros scriptores ... facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus, et in historia puerile quiddam consecatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse videatur, eum tamen velle dumtaxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset.

Text 3: Cornelius Sisenna

fr. 104 P.

Subito mare persubhorrescere caecosque fluxtus in se provolvere leniter ocepit.

fr. 127 P.

Nos una aestate in Asia et Graecia gesta litteris idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum aninos impediremus.

fr. 129 * P.

Proelio, quo aput Ianiculum adversus Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore se ipsum interfecit, ut Sisenna memorat.

fr. 137 P.

Cum lectitaremus historiam Sisennae adsidue, huiuscemodi figurae adverbia in oratione eius animadvertimus, cuiusmodi sunt haec: *Cursim*, *properatim*, *celatim*, *vellicatim*, *saltuatim*.

fr. 1 * P.

Hi enim duo [sc. Aeneas et Antenor] Troiam prodidisse dicuntur secundum Livium - Sisenna tamen dicit solum Antenorem prodidisse. - ob hoc autem creditur Graecis Antenor patriam

prodidisse, quia et auctor reddendae Helenae fuit et legatos, qui propter Helenam venerant, suscepit hospitio, et Ulixen in mendici habitu agnitum non prodidit.

fr. 2 * P.

Unde sequenda est potius Livii, Sisennae et Catonis auctoritas. nam paene omnes antiquae historiae scriptores in hoc consentiunt. Cato enim in originibus dicit Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana.

fr. 3 * P.

Sisenna ab urbe condita: Iuxtim Nimicium flumen obtruncatur.

Text 4: Lutatius Catulus fr. 1 P.

Q. LVTATII CATVLI

DE CONSVLATV ET DE REBVS GESTIS SVIS LIBER

1. *Plutarch. Mar. 25.* Τηρήσαντες οὖν τὸν ὠρισμένον χρόνον ἀντιπαρετάσσοντο [*Romani contra Cimbro in campis Rauidis*], Κάτλος μὲν ἔχων δισμυρίους καὶ τριακοσίους στρατιώτας, οἱ δὲ Μάριον δισχίλιοι μὲν ἐπὶ τρισμυρίοις ἐγένοντο, περιέσχον δὲ τὸν Κάτλον ἐν μέσῳ νεμηθέντες εἰς ἑκάτερον κέρας, ὡς Σύλλας, ἡγωνισμένος ἐκείνην τὴν μάχην, γέγραφε. καὶ φησὶ τὸν Μάριον ἐλπίσαντα τοῖς ἄκροις μάλιστα καὶ κατὰ κέρας συμπεσεῖν τὰς φάλαγγας, ὅπως ἴδιος ἢ νίκη τῶν ἐκείνου στρατιωτῶν γένοιτο καὶ μὴ μετάσχοι τοῦ ἀγῶνος ὁ Κάτλος μηδὲ προσμύξειε τοῖς πολεμίοις, κόλπωμα τῶν μέσων, ὥσπερ εἶωθεν ἐν μεγάλοις μετώποις, λαμβανόντων, οὕτω διαστήσῃ τὰς δυνάμεις· ὅμοια δὲ καὶ τὸν Κάτλον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι περὶ τούτων ἱστοροῦσι πολλὴν κατηγοροῦντα τοῦ Μαρίου κακοήθειαν πρὸς αὐτὸν.

Text 5: Sulla fr. 21 * P.

21*. *Plut. Sull. 37.* Ὁ δὲ Σύλλας οὐ μόνον προέγνω τὴν ἑαυτοῦ τελευτήν ἀλλὰ τρόπον τινὰ καὶ γέγραφε περὶ αὐτῆς· τὸ γὰρ εἰκοστὸν καὶ δεύτερον τῶν ὑπομνημάτων πρὸ δυεῖν ἡμερῶν ἢ ἔτελεύτα γράφων ἐπαύσατο. καὶ φησὶ τοὺς [τε] Χαλδαίους αὐτῷ προειπεῖν, ὡς δέοι βεβιωκότα καλῶς αὐτὸν ἐν ἀκμῇ τῶν εὐτυχημάτων καταστρέψαι· λέγει δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τεθνηκότα μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς Μετέλλης φανῆναι κατὰ τοὺς ὕπνου, ἐν ἐσθῆτι φάυλη παρεστῶτα καὶ δεόμενον τοῦ πατρὸς παύσασθαι τῶν φροντίδων, ἴοντα δὲ σὺν αὐτῷ παρὰ τὴν μητέρα Μετέλλαν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμόνως ζῆν μετ' αὐτῆς. 10

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
9. Kollegstunde (26.11.09)
Cicero - Der verhinderte Geschichtsschreiber
Der glücklose Verfasser historischer Epen

Texte: Text 1: Cic. *fam.* 5, 12
Text 2: Cicero de consulato (!) suo FPL

Text 1: Cic. *fam.* 5, 12 (ed. Shackleton Bailey, 1988 (Teubner))

Scr. Antii c. prid. Id. Apr. an. 55

M. CICERO S. D. L. LUCCEIO Q. F.

(1) Coram me tecum eadem haec agere saepe conantem deterruit pudor quidam paene subrusticus quae nunc expromam absens audacius; epistula enim non erubescit.

Ardeo cupiditate incredibili neque, ut ego arbitror, reprehendenda nomen ut nostrum scriptis illustretur et celebretur tuis. quod etsi mihi saepe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meae. genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper a me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam meque ita vel cepit vel incendit ut cuperem quam celerrime res nostras monumentis commendari tuis. neque enim me solum commemoratio posteritatis ac spes quaedam immortalitatis rapit sed etiam illa cupiditas ut vel auctoritate testimoni tui vel indicio benevolentiae vel suavitate ingeni vivi perfruamur.

(2) Neque tamen haec cum scribebam eram nescius quantis oneribus premerere susceptarum rerum et iam institutarum. sed quia videbam Italici belli et civilis historiam iam a te paene esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem ut cogitares coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere an, ut multi Graeci fecerunt, Callisthenes Phocicum bellum, Timaeus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quae dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres. equidem ad nostram laudem non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare dum ad locum venias ac statim causam illam totam ex tempore adripere; et simul, si uno in argumento unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo quanto omnia uberiora atque ornatiora futura sint.

Neque tamen ignoro quam impudenter faciam qui primum tibi tantum oneris imponam (potest enim mihi denegare occupatio tua), deinde etiam ut ornes me postulem. quid, si illa tibi non tanto opere videntur ornanda? (3) sed tamen, qui semel verecundiae finis transierit, eum bene et naviter oportet esse impudentem. itaque te plane etiam atque etiam rogo ut et ornes ea vehementius etiam quam fortasse sentis et in eo leges historiae negligas gratiamque illam de qua suavissime quodam in prohoemio scripsisti, a qua te flecti non magis potuisse demonstras quam Herculem Xenophontium illum a Voluptate, eam, si me tibi vehementius commendabit, ne aspernere amorique nostro plusculum etiam quam concedet veritas largiare.

Quod si te adducemus ut hoc suscipias, erit, ut mihi persuadeo, materies digna facultate et copia tua. (4) a principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo et illa poteris uti civilium commutationum scientia vel in explicandis causis rerum novarum vel in remediis incommodorum, cum et reprehendes ea quae vituperanda duces et quae placebunt exponendis rationibus comprobabis et, si liberius, ut consuisti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, insidias, prodicionem notabis. multam etiam casus nostri varietatem tibi in scribendo suppeditabunt plenam cuiusdam voluptatis, quae vehementer animos hominum in legendo te scriptore tenere possit. nihil est

enim aptius ad delectationem lectoris quam temporum varietates fortunaeque vicissitudines. quae etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundae; habet enim praeteriti doloris secreta recordatio delectationem; (5) ceteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi evelli iubet spiculum postea quam ei percontanti dictum est clipeum esse salvum, ut etiam in vulneris dolore aequo animo cum laude moreretur. cuius studium in legendo non erectum Themistocli fuga †redituque† retinetur? etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum; at viri saepe excellentis ancipites variique casus habent admirationem, expectationem, laetitiam, molestiam, spem, timorem; si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate.

(6) Quo mihi acciderit optatius si in hac sententia fueris, ut a contentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum. habet enim varios actus multasque <mut>ationes et consiliorum et temporum. ac non vereor ne adsentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar cum hoc demonstrarem, me a te potissimum ornari celebrarique velle. neque enim tu is es qui quid sis nescias et qui non eos magis qui te non admirentur invidios quam eos qui laudent adsentatores arbitrere; neque autem ego sum ita demens ut me sempiternae gloriae per eum commendari velim qui non ipse quoque in me commendando propriam ingeni gloriam consequatur. (7) neque enim Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum pingi et a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis tum etiam sibi gloriae fore putabat. atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant, quae vel si nulla sint, nihilo sint tamen obscuriores clari viri. nec minus est Spartaes Agesilaus †ille perhibendus†, qui neque pictam neque fictam [tam] imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit.

Atque hoc praestantius mihi fuerit et ad laetitiam animi et ad memoriae dignitatem si in tua scripta pervenero quam si in ceterorum quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti a Timaeo aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoriatis clarissimi et spectatissimi viri et in rei publicae maximis gravissimisque causis cogniti atque in primis probati, ut mihi non solum praeconium, quod, cum in Sigeum venisset, Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis magnique videatur. placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum „laudari“ se laetatur sed addit etiam „a laudato viro“.

(8) Quod si a te non impetro, hoc est, si quae te res impederit (neque enim fas esse arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare), cogar fortasse facere quod non nulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo et clarorum virorum. sed, quod te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: et verecundius ipsi de sese scribant necesse est si quid est laudandum et praetereant si quid reprehendendum est. accedit etiam ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant et dicant verecundiores esse praecones ludorum gymnycorum, qui, cum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne sua voce se ipsi victores esse praedicent. (9) haec nos vitare cupimus et, si recipis causam nostram, vitabimus idque ut facias rogamus.

Ac ne forte mirere cur, cum mihi saepe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia atque eventus litteris mandaturum, a te id nunc tanto opere et tam multis verbis petamus, illa nos cupiditas incendit de qua initio scripsi, festinationis, quod alacres animo sumus ut et ceteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoscant et nosmet ipsi vivi gloriola nostra perfruamur.

(10) His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium; sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. tu interea non cessabis et ea quae habes instituta perpolies nosque diliges.

Text 2: Cicero de consulato (!) suo FPL (ed. Büchner fr. 6)

Cic. *div.* 1, 17: sed quo potius utar aut auctore aut teste quam te? cuius edidici etiam versus... quos in secundo consulatu<s> Urania Musa pronuntiat:

principio aetherio flammatus Iuppiter igni
vertitur et totum conlustrat lumine mundum
menteque divina caelum terrasque petessit,
quae penitus sensus hominum vitasque retentat
aetheris aeterni saepta atque inclusa cavernis. 5
et, si stellarum motus cursusque vagantis
nosse velis, quae sint signorum in sede locatae,
quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant,
re vera certo lapsu spatique feruntur,
omnia iam cernes divina mente notata. 10
nam primum astrorum volucris te consule motus
conkursusque gravis stellarum ardore micantis
tu quoque, cum tumulos Albano in monte nivalis
lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,
vidisti et claro tremulos ardore cometas 15
multaque misceri nocturna strage putasti,
quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,
cum claram speciem concreto lumine luna
abdidit et subito stellanti nocte perempta est.
quid vero Phoebi fax, tristis nuntia belli, 20
quae magnum ad columen flammato ardore volabat,
praecipitis caeli partis obitusque petessens?
aut cum terribili percussus fulmine civis
luce serenanti vitalia lumina liquit?
aut cum se gravido tremefecit corpore tellus? 25
iam vero variae nocturno tempore visae
terribiles formae bellum motusque monebant
multaque per terras vates oracla furenti
pectore fundebant tristis minitancia casus,
atque ea, quae lapsu tandem cecidere vetusto; 30
haec fore perpetuis signis clarisque frequentans
ipse deum genitor caelo terrisque canebat.
nunc ea, Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Tyrrheneae gentis haruspex,
omnia fixa tuus glomerans determinat annus. 35

nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
 ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
 et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
 tum species ex aere vetus venerataque Nattae
 concidit elapsaeque vetusto numine leges 40
 et divom simulacra peremit fulminis ardor.
 hic silvestris erat Romani nominis altrix
 Martia, quae parvos Mavortis semine natos
 uberibus gravidis vitali rore rigabat;
 quae tum cum pueris flammato fulminis ictu 45
 concidit atque avolsa pedum vestigia liquit.
 tum quis non artis scripta ac monumenta volutans
 voces tristificas chartis promebat Etruscis?
 omnes civilem generosa stirpe profectam
 vitare ingentem cladem pestemque monebant, 50
 tum legum exitium constanti voce ferebant.
 templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
 eripere et stragem horribilem caedemque vereri;
 atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri,
 ni prius excelsum ad columen formata decore 55
 sancta Iovis species claros spectaret in ortus.
 tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
 cernere conatos posset, si solis ad ortum
 conversa inde patrum sedes populi que videret.
 haec tardata diu species multumque morata 60
 consule te tandem celsa est in sede locata,
 atque una fixi ac signati temploris hora
 Iuppiter excelsa clarabat sceptris columna
 et clades patriae flamma ferroque parata
 vocibus Allobrogum patribus populoque patebat. 65
 rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,
 qui populos urbisque modo ac virtute regebant,
 rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque
 preaestitit et longe vicit sapientia cunctos, 70
 praecipue coluere viginti numine divos.
 haec adeo penitus cura videre sagaci,
 otia qui studiis laeti tenuere decoris,
 inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
 fuderunt claras fecundi pectoris artis.
 e quibus ereptum primo iam a flore iuventae 75
 te patria in media virtutum mole locavit.
 tu tamen anxiferas curas requiete relaxans,
 quod patriae vacat, id studiis nobisque sacrasti.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
10. Kollegstunde (03.12.09)
Caesar und das Corpus Caesarianum

Texte: Text 1: Caes. *Gall.* 7, 77
Text 2: Hirt. *Gall.* 8, praefatio

Text 1: Caes. *Gall.* 7, 77 (ed. Hering, 1987 (Teubner))

At ii, qui Alesiae obsidebantur, praeterita die, qua auxilia suorum ex<s>pectaverant, consumpto omni frumento, inscii, quid in Haeduis gereretur, consilio coacto de exitu suarum fortunarum consultabant. apud quos variis dictis sententiis, quarum pars deditioem, pars, dum vires suppeterent, eruptionem censebat, non praterunda oratio Critognati videtur propter eius singularem ac nefariam crudelitatem. hic summo in Arvernibus ortus loco et magnae habitus auctoritatis „nihil“ inquit „de eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditioem nomine appellant, neque hos habendos civium loco neque ad concilium adhibendos censeo. cum his mihi res sit, qui eruptionem probant. quorum in consilio omnium vestrum consensu pristinae residere virtutis memoria videtur, animi est ista mollitia, non virtus, paulisper inopiam ferre non posse. qui se ultro morti offerant facilius reperiuntur quam qui dolorem patienter ferant. atque ego hanc sententiam probarem - tantum apud me dignitas potest -, si nullam praeterquam vitae nostrae iacturam fieri viderem. sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitavimus. quid enim hominum milibus LXXX uno loco interfectis propinquis consanguineisque nostris animi fore existimatis, si paene in ipsis cadaveribus proelio decertare cogentur? nolite hos vestro auxilio exspoliare, qui vestrae salutis causa suum periculum neglexerunt, nec stultitia ac temeritate vestra aut animi imbecillitate omnem Galliam prosternere et perpetuae servituti addicere. an, quod ad diem non venerunt, de eorum fide constantiaque dubitatis? quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animine causa cotidie exerceri putatis? si illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praes<a>epto, his utimini testibus adpropinquare eorum adventum, cuius rei timore exterriti diem noctemque in opere versantur. quid ergo mei consilii est? facere, quod nostri maiores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt: qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui aetate ad bellum inutiles videbantur, vitam toleraverunt neque se hostibus tradiderunt. cuius rei si exemplum non haberemus, tamen libertatis causa institui et posteris prodi pulcherrimum iudicarem. nam quid illi simile bello fuit? depopulata Gallia Cimbri magnaque inlata calamitate finibus quidem nostris aliquando excesserunt atque alias terras petiverunt, iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani vero quid petunt aliud aut quid volunt, nisi invidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello cognoverunt, horum in agris civitatibusque considerare atque his aeternam iniungere servitutem? neque enim umquam alia condicione bella gesserunt. quodsi ea, quae in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quae in provinciam redacta, iure et legibus commutatis, securibus subiecta perpetua premitur servitute.“

Text 2: HIRT. *Gall.* 8, praefatio (ed. Hering, 1987 (Teubner))

Coactus adsiduis tuis vocibus, Balbe, cum cotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiae videretur deprecationem habere, difficillimam rem suscepi. Caesaris nostri commentarios rerum gestarum Galliae, non comparantibus superioribus atque insequentibus eius scriptis, contexui novissimumque imperfectum ab rebus gestis Alexandriae confeci usque ad exitum non quidem civilis dissensionis, cuius finem nullum videmus, sed vitae Caesaris. quos utinam qui legent scire possint, quam invitus susceperim scribendos, quo facilius caream stultitiae atque arrogantiae crimine, qui me mediis interposuerim Caesaris scriptis. constat enim inter omnes nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia commentariorum superetur. qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum scriptoribus deesset, adeoque probantur omnium iudicio, ut praerepta, non praebita facultas scriptoribus videatur. cuius tamen rei maior nostra quam reliquorum est admiratio. ceteri enim, quam bene atque emendate, nos etiam, quam facile atque celeriter eos perfecit, scimus. erat autem in Caesare cum facultas atque elegantia summa scribendi, tum verissima scientia suorum consiliorum explicandorum. mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandrino atque Africano bello interesserem. quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sunt nota, tamen aliter audimus ea, quae rerum novitate aut admiratione nos capiunt, aliter quae pro testimonio sumus dicturi. sed ego nimirum dum omnes excusationis causas colligo, ne cum Caesare conferar, hoc ipso crimen adrogantiae subeo, quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari. vale.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
11. Kollegstunde (10.12.09)
Sallust: Der Autor des *bellum Catilinae*

Texte: Text 1: Sall. *Cat.* 1-5

Text 1: Sall. *Cat.* 1-5 (ed. Reynolds, 1991 (OCT))

(1) Omnis homines qui sese student praestare ceteris animalibus summa ope niti decet ne vitam silentio transeant veluti pecora quae natura prona atque ventri oboedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est. Quo mihi rectius [esse] videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere, et, quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere; nam divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur.

Sed diu magnum inter mortalis certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. Nam et prius quam incipias consulto et, ubi consuleris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget. (2) Igitur initio reges - nam in terris nomen imperi id primum fuit - divorsi pars ingenium, alii corpus exercebant. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur; sua quoique satis placebant. Postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere, lubidinem dominandi causam belli habere, maxumam gloriam in maximo imperio putare, tum demum periculo atque negotiis conpertum est in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita ut in bello valeret, aequabilius atque constantius sese res humanae haberent, neque aliud alio ferri neque mutari ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile iis, artibus retinetur quibus initio partum est; verum ubi pro labore desidia, pro continentia et aequitate lubido atque superbia invasere, fortuna simul cum moribus inmutatur. Ita imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur.

Quae homines arant navigant aedificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales, dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam sicuti peregrinantes transiere; quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque iuxta aestumo, quoniam de utraque siletur. Verum enim vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur qui aliquo negotio intentus praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.

Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. (3) Pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; vel pace vel bello clarum fieri licet; et qui fecere ei qui facta aliorum scripsere multi laudantur. Ac mihi quidem tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exaequanda sunt, dehinc quia plerique quae delicta reprehenderis malevolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit.

Sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, studio ad rem publicam latus sum, ibique mihi multa advorsa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia largitio avaritia vigeabant. Quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia inbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur; ac me, quom ab relicuorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem qua ceteros fama atque invidia vexabat. (4) Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit et mihi relicuam aetatem a re public procul habendam decrevi, non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium

conterere, neque vero agrum colundo aut venando, servilibus officiis intentum aetatem agere; sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus statui res gestas populi Romani carptim, ut quaeque memoria digna videbantur, perscribere, eo magis quod mihi a spe metu partibus rei publicae animus liber erat.

Igitur de Catilinae coniuratione quam verissime potero paucis absolvam; nam id facinus in primis ego memorabile existumo sceleris atque periculi novitate. De quoius hominis moribus pauca prius explananda sunt quam initium narrandi faciam.

(5) L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adolescentia bella intestina caedes rapinae discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae algoris vigiliae supra quam quouquam credibile est. Animus audax subdolos varius, quoius rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae sapientiae parum. Vastus animus immoderata incredibilia nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem L. Sullae lubido maxuma invaserat rei publicae capiundae, neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaria, vexabant.

Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere ac paucis instituta maiorum domi militiaeque, quo modo rem publicam habuerint quantamque reliquerint, ut paulatim inmutata ex pulcherruma <atque otuma> pessuma ac flagitiosissima facta sit, disserere.

Vorlesung HS 09
Römische Geschichtsschreibung
12. Kollegstunde (17.12.09)
Livius

Texte: Text 1: Liv. 22, 1, 1-4
Text 2: Liv. 22, 2, 1-11
Text 3: Polyb. 3, 78, 5 - 79, 12
Text 4: Liv. *Praefatio*

Text 1: Liv. 22, 1, 1-4 (ed. Conway, 1928 (OCT))

Iam ver appetebat cum Hannibal ex hibernis movit, et nequiquam ante conatus transcendere Appenninum intolerandis frigoribus et cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos praedae populationumque conciverat spes, postquam pro eo ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse premique utriusque partis exercituum hibernis videre, verterunt retro in Hannibalem ab Romanis odia; petitusque saepe principum insidiis, ipsorum inter se fraude, eadem levitate qua consenserant consensum indicantium, servatus erat et mutando nunc vestem nunc tegumenta capitis errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterum hic quoque ei timor causa fuit maturius movendi ex hibernis. Per idem tempus Cn. Servilius consul Romae idibus Martiis magistratum iniit.

Text 2: Liv. 22, 2 (ed. Conway, 1928 (OCT))

Dum consul placandis Romae dis habendoque dilectu dat operam, Hannibal profectus ex hibernis, quia iam Flaminium consulem Arretium pervenisse fama erat, cum aliud longius, ceterum commodius ostenderetur iter, propiorem viam per paludes petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inundaverat. Hispanos et Afros - id omne veterani erat robur exercitus - admixtis ipsorum impedimentis necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire iussit; sequi Gallos, ut id agminis medium esset; novissimos ire equites; Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si taedio laboris longaeque viae - ut est mollis ad talia gens - dilaberentur aut subsisterent, cohibentem. Primi, qua modo praeirent duces, per praealta fluvii ac profundas voragines, hausti paene limo immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli neque sustinere se prolapsi neque adsugere ex voraginibus poterant, neque aut corpora animis aut animos spe sustinebant, alii fessa aegre trahentes membra, alii, ubi semel victis taedio animis procubuissent, inter iumenta et ipsa iacentia passim morientes; maximeque omnium vigiliae conficiebant per quadriduum iam et tres noctes toleratae. Cum omnia obtinentibus aquis nihil ubi in sicco fessa sternerent corpora inveniri posset, cumulatim in aqua sarcinis insuper incumbebant, <aut> iumentorum itinere toto prostratorum passim acervi tantum quod exstaret aqua quaerentibus ad quietem parvi temporis necessarium cubile dabant. Ipse Hannibal aeger oculis ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus superfuerat, quo altius ab aqua exstaret, vectus, vigiliis tamen et nocturno umore palustrique caelo gravante caput et quia medendi nec locus nec tempus erat altero oculo capitur.

5 Θεωρῶν δὲ τοὺς Κελτοὺς δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ τὸν πόλεμον ἐν τῇ παρ' αὐτῶν χώρᾳ λαμβάνειν τὴν τριβὴν, σπεύδοντας δὲ καὶ μετεώρους ὄντας εἰς τὴν πολεμίαν, προφάσει μὲν διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ὀργὴν, τὸ δὲ πλεῖον διὰ τὰς ὠφελείας, ἔκρινε τὴν ταχίστην ἀναξευγνύειν καὶ συνεκπληροῦν τὰς 6 τῶν δυνάμεων ὀρμᾶς. διόπερ ἅμα τῷ τὴν ὄραν μεταβάλλειν, πυνθανόμενος τῶν μάλιστα τῆς χώρας δοκούντων ἐμπεριεῖν, τὰς μὲν ἄλλας ἐμβολὰς τὰς εἰς τὴν πολεμίαν μακρὰς εὗρισκε καὶ προδήλους τοῖς ὑπεναντίοις, τὴν δὲ διὰ τῶν ἐλῶν εἰς Ἰτταλίαν φέρουσαν, δυσχερῆ μὲν, σύντομον δὲ καὶ παράδοξον 7 φανησομένην τοῖς περὶ τὸν Φλαμίνιον. αἰεὶ δὲ πως οἰκείος ὢν τῇ φύσει τούτου τοῦ μέρους, ταύτη 8 προέθετο ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. διαδοθείσης δὲ τῆς φήμης ἐν τῷ στρατοπέδῳ διότι μέλλει διὰ τινῶν ἐλῶν ἄγειν αὐτοὺς ὁ στρατηγός, πᾶς τις εὐλαβῶς εἶχε πρὸς τὴν πορείαν, ὑφορώμενος βάραθρα καὶ 79 τοὺς λυμνώδεις τῶν τόπων. Ἄννιβας δ' ἐπιμελῶς ἐξητακῶς τεναγῶδεις καὶ στερεοὺς ὑπάρχοντας τοὺς κατὰ τὴν δίοδον τόπους, ἀναξεύσας εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ τοὺς Ἰβήρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως, συγκαταμίξας αὐτοῖς τὴν ἀποσκευὴν, ἵνα πρὸς 2 τὸ παρὸν εὐπορώσι τῶν ἐπιτηδείων· πρὸς γὰρ τὸ μέλλον εἰς τέλος ἀφροντίστως εἶχε περὶ παντὸς τοῦ σκευοφόρου, λογιζόμενος ὡς ἐὰν ἄψηται τῆς πολεμίας, ἡττηθεὶς μὲν οὐ προσδεήσεται τῶν ἀναγκαίων, κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων οὐκ ἀπορήσει τῶν ἐπι- 3 τηδείων. ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις ἐπέβαλε τοὺς 4 Κελτοὺς, ἐπὶ δὲ πᾶσι τοὺς ἵππεῖς. ἐπιμελητῆρην δὲ τῆς οὐραγίας τὸν ἀδελφὸν ἀπέλιπε Μάγωνα τῶν τελοιπῶν χάριν καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοῦπίσω, κωλύη διὰ τῶν ἵππέων 5 καὶ προσφέρῃ τὰς χεῖρας αὐτοῖς. οἱ μὲν οὖν Ἰβήρες καὶ Λίβυες δι' ἀκραίων τῶν ἐλῶν ποιούμενοι τὴν πορείαν μετριῶς κακοπαθοῦντες ἦνον, ἅτε καὶ φερέκακοι πάντες ὄντες καὶ συνήεις ταῖς τοιαύταις 6 ταλαιπωρίαις. οἱ δὲ Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοῦμ-προσθεν προΐβανον, τεταραγμένων καὶ διαπεπατημένων εἰς βάθος τῶν ἐλῶν, ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν, ἀπειροὶ πάσης 7 τῆς τοιαύτης ὄντες κακουχίας. ἐκωλύοντο δὲ πάλιν ἀπονεύειν εἰς τοῦπίσω διὰ τοὺς ἐφεστῶτας αὐτοῖς 8 ἵππεῖς. πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθον, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ὡς ἂν ἐξῆς ἡμέρας τέτταρας καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν· διαφερόντως γε μὴν ἐπόνουν καὶ 9 κατεφθείρονθ' ὑπὲρ τοὺς ἄλλους οἱ Κελτοί. τῶν δ' ὑποζυγίων αὐτοῦ τὰ πλείεστα πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπώλλυντο, μίαν παρεχόμενα χρεῖαν ἐν τῷ 10 πεσεῖν τοῖς ἀνθρώποις· καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον, καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νικητὸς 11 ἀπεκοιμῶντο. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰς ὀπλὰς ἀπέβαλον διὰ τὴν συνέχειαν τῆς διὰ τῶν 12 πηλῶν πορείας. Ἄννιβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, ὑπεραλγῆς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μῆς ὄψεως, οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονῆν οὐδὲ θεραπείαν διὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον.

Da er aber die Kelten darüber ungehalten sah, daß sich der Krieg in ihrem eigenen Lande in die Länge zog, und voller Spannung und Ungeduld, in Feindesland einzufallen, angeblich aus Haß gegen die Römer, hauptsächlich jedoch der Beute wegen, so entschloß er sich, baldigst aufzubrechen und das Verlangen seiner Truppen zu erfüllen. Sobald daher der Wechsel der Jahreszeit eintrat, zog er bei denen, die als die Landeskundigsten galten, Erkundigungen ein und erfuhr, die übrigen Einfallstraßen in das feindliche Gebiet seien lang und dem Gegner vertraut, der durch die Sümpfe nach Etrurien führende Weg jedoch sei zwar schwierig, aber kurz, und wenn er ihn einschlug, werde dies für Flaminius eine völlige Überraschung sein. Da er nun seiner ganzen Natur nach stets zu Unternehmungen solcher Art hinneigte, beschloß er, hier seinen Weg zu nehmen. Als sich im Heer die Kunde verbreitete, der Feldherr wolle sie durch ein Sumpfsgebiet führen, da bangten sie alle vor dem Marsch, auf dem sie Untiefen und schlammige Gewässer zu finden fürchteten.

79. Nachdem Hannibal durch sorgfältige Erkundung festgestellt hatte, daß das Gebiet, durch welches sein Marsch gehen sollte, zwar unter Wasser stehe, darunter aber überall fester Grund sei, setzte er sich in Bewegung. In die Vorhut nahm er die Libyer und Iberer und alle Kerntuppen seines Heeres, zwischen sie das Gepäck, damit sie für den Augenblick mit den notwendigen Lebensmitteln versehen wären; denn im Blick auf die Zukunft war er völlig unbekümmert um den ganzen Troß, da er überlegte, im Feindesland angekommen, werde er im Falle der Niederlage keinen Proviant mehr brauchen, wenn er dagegen nach einem Siege das offene Land beherrsche, werde er an Verpflegung Überfluß haben. Auf die Genannten ließ er die Kelten und auf diese die Reiter folgen. Das Kommando über die Nachhut übertrug er seinem Bruder Mago, hauptsächlich in Rücksicht auf die Weichlichkeit der Kelten und ihre Scheu vor Anstrengungen, damit er sie, wenn sie, von den Strapazen mitgenommen, sich nach rückwärts wendeten, mit der Reitere hindere und Gewalt gegen sie brauche. Die Iberer und die Libyer nun, die auf dem Marsch durch die Sümpfe den Boden noch fest fanden, legten den Weg unter mäßigen Beschwerden zurück, an Strapazen gewöhnt und mit solcher Mühsal vertraut, wie sie waren. Die Kelten dagegen kamen nur schwer voran, da die Sümpfe schon aufgewühlt und der Weg durch sie in Grund und Boden getreten war, und ertrugen mit Mühe und schwerer Not die ihnen so fremden Anstrengungen. Aber sich nach rückwärts zu wenden, daran hinderten sie die ihnen auf dem Fuße folgenden Reiter. Alle nun hatten zu leiden, und zwar vor allem durch Schlaflosigkeit, da sie vier Tage und drei Nächte ununterbrochen durch Wasser zu marschieren hatten; ganz besonders aber, mehr als alle anderen wurden die Kelten mitgenommen oder gingen wohl gar an der Überanstrengung zugrunde. Von den Lasttieren kamen wegen des Schlammes die meisten, wenn sie stürzten, gleich an Ort und Stelle um, bei ihrem Fall den Menschen wenigstens in einer Hinsicht von Nutzen: indem diese sich auf die Tiere und das auf sie gehäuften Gepäck setzten, ragten sie über das Wasser heraus und konnten auf diese Weise immerhin einen kleinen Teil der Nacht schlafen. Von den Pferden verloren nicht wenige ihre Hufe wegen des ununterbrochenen Marsches durch den Schlamm. Hannibal aber gelangte mit Mühe und Not und unter großen Beschwerden auf dem einzig übriggebliebenen Elefanten hinüber, wegen einer schweren Augenkrankheit, die ihn befallen hatte, von Schmerzen gepeinigt, durch die er auch am Ende das eine Auge verlor, da Lage und Umstände weder einen Aufenthalt noch ärztliche Behandlung gestatteten.

Text 4: Liv. *Praefatio* (ed. Anderson, 1974 (OCT))

Facturnusne operae pretium sim si a primordio urbis res populi Romani perscripserim nec satis scio nec, si sciam, dicere ausim, quippe qui cum veterem tum volgatam esse rem videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos se aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt. Utcumque erit, iuvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum me qui nomini officient meo consolet. Res est praeterea et immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetatur et quae ab exiguis profecta initiis eo creverit ut iam magnitudine laboret sua; et legentium plerisque haud dubito quin primae origines proximaeque originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantibus ad haec nova quibus iam pridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt: ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum quae nostra tot per annos vidit aetas, tantisper certe dum prisca illa tota mente repeto, avertam, omnis expers curae quae scribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere posset.

Quae ante conditam condendamve urbem poeticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo est. Datur haec venia antiquitati ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat; et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano ut cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo quam imperium patiuntur. Sed haec et his similia utcumque animadversa aut existimata erunt haud in magno equidem ponam discrimine: ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit; labante deinde paulatim disciplina velut dissidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint praecipites, donec ad haec tempora quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus perventum est. Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in inlustri posita monumento intueri; inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum inceptu foedum exitu quod vites. Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla unquam res publica nec maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam civitatem tam serae avaritia luxuriaque immigraverint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae honos fuerit. Adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat: nuper divitiae avaritiam et abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexere. Sed querellae, ne tum quidem gratae futurae cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint: cum bonis potius ominibus votisque et precationibus deorum dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tantum operis successus prosperos darent.